D. T. O. M. A.

AUTHORITATE, ET CONSENSU, PRÆNOBILIUM, STRENUORUM, MAGNIFICORUM ET CLARISSIMORUM VIRORUM &c. MAGNIFICI DOMINI RECTORIS, SPECTABILIS DOMINI DECANI, INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ DOMINORUM SENIORUM, SAC. CÆS. MAJEST. CONSILIARIORUM &c. ADEOQUE TOTIUS AMPLISSIMI JURIS CONSULTORUM COLLEGII IN ANTIQUISSIMA, AC CELEBERRIMA UNIVERSITATE VIENNENSI THESES SUBSEQUENTES EX ASSIGNATA SIBI *L. Per diverſas 22. C. Mandati*, CUM ANNEXA QUÆSTIONE CANONICA: PRO SUPREMA LAUREA, IN UTROQUE JURE CONSEQUENDA PUBLICO CERTAMINI SUBMITTIT.

JOANNES MARTINUS HAUER, Auſtriacus Viennenſis AA. LL. & Philoſophiæ nec non J. V. Baccalaureus formatus.

THESIS PRIMA.

REdemptores litium debitorem per ceſſionem non in plus, quàm reverà ſolutum eſt, convenire poſſunt.

II.

IDquè in odium lites redimentium.

III.

QUod etiam procedit, licet nomen partim venditum, partim donatum ſit, & ſimulatio interveniat.

IV.

IMò quamvis etiam nomen venditione, aut permutatione translatum fuerit.

V.

FAllit ſi tota obligatio donata, vel ex cauſa præcedenti ceſſa.

VI.

AUt ex neceſſitate, vel conſenſu debitorum, deniq; in obligationibus incertæ æſtimationis translata fuiſſet.

QUÆSTIO CANONICA.

Deſumpta ex C. Super eo 4. de uſuris ~~in 6.~~

AN pactum â Titio cum monte Pietatis initum ſit uſurarium, quod eâ fit lege, ut ad vitam uſq; Titij ex ſorte beſſales, aut centeſimæ, vel auctiores uſuræ ſolvantur, mortuo verò Titio ſors monti Pietatis cedat. ℞. negativè.

Diſputabuntur in Auditorio DD. Juris-Conſultorum hora pomerid. 3. præfixa, Die 31. Menſ. Januarij 1691.

VIENNÆ AUSTRIÆ TYPIS LEOPOLDI VOIGT, UNIVERSITAT. TYPOG.